

N. 8.

A. D. 1001.

(maggio, Indiz. XIV).

<i>Data di luogo</i>	Bari.
<i>Rogatario</i>	<i>Ursus subdiac. et not.</i>
<i>Descrizione</i>	Taglio rettang.: alt. 0,53, largh. 0,25.
<i>Scrittura</i>	Corsiva mista ad elementi longobardi e minuscoli.
<i>Contenuto</i>	I coniugi Mele, f. Cotunei, e Gemma vendono a Magelgardo, f. Sassoni, otto ordini di terra in loco Cretacie, pel prezzo di 2 soldi Costantini sotirichi thoriati olotrachi e 15 miliareni de follari leontati.
<i>Bibliografia</i>	Inedita.

† In nomine domini nostri iesu christi quadragesimosecundo anno imperii domini Basili et domini Constantini mense magio quartadecima inductione. En ego Mele f. Cotunei, quam et ego mulier nomine Gemma qui sumus ambo viroque uxor de civitate Vari. qualiter in predicta civitate presentia Smaragdi imperiali kriti et de aliis noviles qui subter ascripti sunt declaramus etenim quia habemus in ipse cretacie octo urdini de uno pastino infro ipse vinee Magelgardi f. Sassoni. et pro utilitatibus nostris faciendum. aptum atque congruum nobis est ipsi predicti octo urdini venundare. Et ubi ego predicta Gemma habeo quartam partem per ipsum meum morgincap in ipsi predicti octo urdini quod venundare volemus. Tunc fecit exinde notum ad Ieronimo barvaneo meo et Miliarchi parentem et advocateum meum et per absolutionem de predicto Mele viro meo, et per interrogationem et inquisitionem de supradicti criti ut lex continet ante cuius presentiam manifesta sum quia nullam virtutem me dico paterem. set tantum bona mea indicavit essem voluntate. Tunc ipso predicto criti taliam me manifestantem audivi tribuit michi licentiam venundandi. et post accepta licentiam ab ipso predicto criti, nos ambo prenominati Mele et Gemma viroque uxor venundedimus quidem tivi predicto Magelgardo hoc est enim per integri ipsi predicti hacto urdini nostri quod habemus in ipse predice cretacie infro ipse vinee tue sicut diximus. et sunt ipsi predicti octo urdini quod tivi venundedimus per as fines. de prima et secunda et tertia parte sunt vinee tueque emtori. de quarta vero parte pergit ipsa carraria vestra. qui vadit usque in ipso palmento. Infra as autem fines venundedimus quidem tivi isti predicti hacto urdini nostri. una cum gira et tornatoria sua. et cum anditis et trasitis suis. et cum inferius superiusque suis. et cum omnia infro se habentem. vel continentem. Et pro confirmandam atque stavaliscendam bobis istam nostram bendifctionem nunc de presentem recepimus a te qs. Magelgardo emtori nostro exinde finitum pretium auro constantini solidi duo boni beteri sotirichi thoriati olotrachi. et quindecim miliareni de follari leontati. in eam videlicet rationem ut ab odierno die et in antea istam nostra venditione in tua sit potestatem. seden(1) tenendi atque faciendi omnia exinde que tua fuerit voluntas et

(1) \* sed solo.

de tuis heredibus. et quicquid exinde facere voluerit stavile permanead sine nostra requisitionem et de nostris heredibus vel de cuiuscumque hominem contradictionem vel requisitionem. et nos et nostros heredes defensemus tivi et ad tuis heredibus istam nostra venditione da omnes nostros parentes, sortifices et confinales et da omnem servitium et religationem. quam et per nominative da Pulcara matre meaque predicto Mele. et da omnes homines (2) qui vobiscum exinde causare aut contendere voluerint per qualiscumque modis vel ingenium. unde et bone quidem nostre voluntatis nos ambo viroque uxori benditor et venditris. guadiam tivi prenominato Magelgardo emtori nostro dedimus. et mediatores tivi exivimus nos ipsis cum proprie manibus nostris ego qs. nominato Mele hoc tinore. ut si nos et nostris heredibus tivi et ad tuis ereditibus non defensaverimus istam nostram venditionem da omnes omnes omni tempore sicut superius legitur et per qualiscumque ingenio nos ipsis contrare aut retornare voluerimus aliquando obligamus nos et nostros heredes componere vobis vestrisque heredibus pena decem solidi constantini. et quod remeliorata paruerit venditio ista aput vos per vestrum laborem, omnia sub estimatione hominum pretii vobis restituamus. et predicta venditio ista in antea per invitatis nos vobis defensemus unde et tribuo bobis licentiam me et meos heredes pignorare per omnia (3) mea causa et pignera legitima et inlegitima sine omni calumnia quounque adimpleamus vobis omnia in supradicta ratione per invitatis. Et carta ista venditionis in supradicta ratione omni tempore sit firma. quam te Ursu subdiaconum et notarium taliter scrivere rogavi in predicta civitate Vari et interfui.

† Ego qs. Smaragdus imperiali kriti.

† Αρεγνων μαρτηρον υπεγραψα.

† ego Alfano testis sum.